

Oelrichsiani.

legati.

paris. sum!

vide. ne.

aliorum. usibus. invidens.

morando. negando. maculando.

lacerando. abutendo!

7
14. 1. 375
MATHAEI

ZUBERI, PALATINI,

POETAE LAUREATI,

Epigrammaton

Octernio Primus,

M. BARTOLEMÆO

BYLOVIO, MARCHICO,

Poetae Casario, amico & fau-
tori suo singulari, dedi-
catus.

Ex
Biblioth

Reg. Universitatis
Vratislaviensis

FRANCOFORTI AD O-
deram Typis exscriptis publicis

ANDREAS EICHORN.

ANNO, M. D. XCIIIX. Mense Octobri.

MARTINUS CRU-
SIUS, PROFESSOR TUBIN-
GENSIS, τοῖς εἰλακρινέσι ἀναγνώ-
σαις φιλοφίλως χαιρεῖν.



ZuBERUS, P. L. Latine & Græcè
doctissimus est. Eleganter Græ-
cè scribit, & meliùs loquitur. Πα-
ρόντα παρὼν ἀκίχηα. Eum, omni-
um bonorum favore & auxilio di-
gnissimum, ad quòscunq; pervenerit, commē-
do, non aliter, atq; meretur eius natura ad Mu-
las nata. Ipse ego, quocunq; illi possum prodes-
se modo, nihil intermittam, quod ad salutem
& commodam eius videbitur pertinere. Valet.
Tubingæ ad Nicrum. Anno Domini, M. D.
XCVI. Mense Iulio.

HUGO PLOTIUS, IURISCON-
SULTUS, Bibliothecarius Cæsarius, Lecturis S.

M. ZUBERUM, P. L. nostri seculi hominum per-
paucorum hominem, commendo ab ingenij præ-
stantiâ, morum elegantia, linguarum peritiâ & ve-
næ pœticiæ abundantia. Cui si quid accidit boni, bene
accidit. Gratiæ eius nomine gratæ erunt. Sic dico, sic
scribo, sic sentio. Valet, Lectores, & Æquum facite.
Vienne, Anno redempti orbis, XCVI. Mense Au-
gusto.



Clas

CLARISSIMO, HV-
MANISSIMO & DOCTISSIMO
viro, Dni. M. BARPTOLEMÆO BY-
lovio, Stendalio, Pœtæ & Cæsario, a-
mico veteri, ὑγιαίνεν.

SEXTENNium abijt, amice Bylovi, Poeta Cæsario,
Sex quo alter alterum neutro vidit oculo. Freiber-
ga in Misnia coniunctissimi eramus: Francopbourti
ad Oderam ne aij videremur atq; semper mutuo li-
gati amicitie vinculo fuimus: Oclerione hoc Epigrā-
maton testatum facere placuit, quem sub tuo passim
noto nomine divulgare volui. Tu eo adspice oculo, ve-
ro quo ante ostiduum adventanssem excepisti, & in
tuum Museium plenus gaudio deduxisti. Quamquam
Epigrāmatu virtutem, qua triplex est (aut enim do-
ceat, aut oblectet, aut mordeat Epigramma) potius se-
qui, quam assequi potui: pro tuo tamen erga me can-
dore non meritis, verum festinationi dabo, si quid mi-
nis quadrare videbitur. Ex datâ ingenij dosi Lector
iudicabit benevolus. Frigescunt Musæ: quidni ego
frigeam? Tuus sum: aliter ne crede. Pro tuâ famâ,
honore gloria conservandâ, defendendâ, amplifiandâ,
robur corporis oppono, vires ingenij cōtribuo. Ecquid
amplius vis? Quin Georgium tibi ad socio Martinū,
Apollini delictū, & Musarum oculum: Ha ha ha,
Risū hoc amoris pleno salve, vive, vale, amicissime By-
lovi, Poeta dulcissime. Francopbourti ad Callirhoen
Arctica, Anno computi Christiani, 98. Mense 8 bri.
T. H. Studios. Mathæus Zuberus, P. L.

AD BARPTOLE
MÆUM BYLOVIUM, STEN-
dalium, Poetam Cæsarium, Histori-
cum, & Philosophiæ Doctos
rem.

Quem primum Phœbus, quem Cæsaris aula de-
inde,

Quem tandem vatem predicat omne solum;
Te mea condigno, BYLOVI, more salutat
Musa, dat & doni Carminis pauca loco.
Müstea sicut amat Rhodomella basia Nymphæ,
Perpetuo ob quam te nominis urit honos;
Sic quæ nostra tuas respectant munera laudes,
Exigui pretij sunt licet ista, cole.

DISTELMÆTERUS. quæ nobis præmia desunt,
Ne damno incurras, anticipare potest.

FLLE tibi Malsæg, tue stipulatus honorem
Nominis æternum, præstet hunc opere.

ut tamen in nostris etiam tua Virgo libellis
Dicatur: morem grata Camena gerit.

Omnia Z u B E R I Rosabellani Svevia novit:
Nec tua nota illi sit RHODOMELLA mi-
nus.

—



AD

AD ADAMUM VEN-
CESILAUUM, TESCHINII
& magnæ Glogoviæ principem,
Dominum suum clementis.



S Princeps, nostros tanget aliquando libel-
Semideo dignum pone supercilium. (lor,
Consuevere iocos etiam tolerare Dy-
nastæ:

Materias vatium nec piget esse duces.
Quo cum Teschinij, tum Glogoviense Theatrum
Adspicis, hoc vultu carmina nostra uide.
Admittit censura sales, qui fallere parant.
Ludere concedo, ladere nostra veto.

AD PAULUM MELISSUM
Schedium, FR. Aulæ Lateranensis Comi-
te, n, Equite, n torquatum, Ciuem Ro-
manum, Promotorem suum
magnificum,

Iudice te, censore gravi, me Divus Apollo
Vatibus inferuit, magne MELISSE, suis.
Huic immortalis debetur gratia factis:
Nec minus ingenij portio tota mei.
Non tamen hæc adeo me laus titillat: ut illud,
Quod non sum, vel quod non datur, esse velim.
Hæc ad scribendas me causa instigat amores,
Qui vereor grandi bella sonare tubæ.

A 3

Non

Non est cuiusvis heroum tangere facta.
Conatus facilis, difficilis labor est.

AD DAVIDEM CHYTRÆUM,
S.S. Theologiæ D. Inqve celesterr.
Rostocheniū Acad. Profess. CL.

Cave senex, CHYTRÆE, Dei sanctissime præco.
Cuius inextinctum gloria lumen hæret;
Te mea non illo veneratur nomine Musa:

ut Crescat scriptis laus tua summa meis:
Sed quò luce tua, n. tulo quò fidere libri
Eminent, quos vox obtegit atra, mei.
Splendorem concede tui mihi nominis horam.

Hoc lustri potius tempore tempus erit.
AD CHRISTOPHORUM
PELARGUM, S. S. Theologiæ D. & in
Celesterr, Marchianum Acad. Pro tem-
pore Rectorem Magnificum, Pro-
fess. ibidem optatiss.

RECTOR nobilis VNIVERSITATIS
Ad notum Viadri sita fluentum,
Pedagoge DEI, PELARGE cetus:
Ad te vir peregrinus & Poëta
Externus venio, meumq; nomen
Inscribi peto, more roborato,
Ad cives reliquos sacri senatus
Vestri. nos equidem geratur à me,
Nec leges petulans libido frangat.
Pœnas officij seqvax abercet.
permax muneris advocat lucem.

At

AD ANDREAM VVENCE
LIUM, S. S. Theologiæ D. & Professio-
rem Acad. Francofort. Pastorem
dignissimum.

Schemate, VVENCELI, velut te cernere Vivo,
Hora mei adventus non fuit apta tibi.
Ne desiderio quidquam decedere nostro
Pessit, ad ingenij pulso cubile tui.
Ex scriptis tua mens; facies est cognita mente.
In cute iam notæ, nec minus intus, have.

AD IOANNEM FREDERUM,
S. S. Theologiæ D. & diocesanos Megapo-
lit. antistitem, Poëtam opt.

Qui longè melius pangis, FREDERE, pœma,
Quam mea Musa brevis carmen biare po-
test:

Non tamen abijcies, & inania munera dices,
Qua mea mens offert officiosa tibi.
Muribus ut caritis unum non sufficit antrum
Sic nec ab unius pendeo totus op e.
Me cum CHYTRÆO, me cum Doctore PELARGO,
Me cum VVENCELIO Quartus ad alta vehe.

AD M. BARPTOLEMÆUM
BYLOVIUM, Poëtam Cæsarium,
de symbolo eius;
Spes mea Christus erit: durum patiētia vincet;
EPIGRAMMA M. ZUBERI, P. L.

4 4

Militia

Militiam mundus geminam, præclare Magister,
BYLOVI, vates Imperialis, habet.

Quidam tela ferunt Domini pro nomine Christi:

Quidam pro regno demonis arma gerunt.

Dux tibi sit notus: noto duce nomina confer:

Corporis ut vires experiâre tui.

Conscia mens recti te muniet cõgide firmâ:

Nec damno, lateri proximus, hostu eris.

Adversus vespas pavidus metus absit & horror

Imbellis: pugna, quando minatur aper.

Omnia si patulo ruitura videntur hiatu:

utere symbolicâ, fortis athleta, fide:

Spes mea Christus erit: durum Patiëntia vincet:

Sic duro evicto fors bona portus eris.

Exspecto. Fortuna mihi gravis atq; noverca

Nunc est. Exspecto. Cegere nolo deos.

AD IOANNEM FRIDERICUM,

Ecclesiæ Regiomontanæ in Marchia

Diaconum, historicum & Poetam

insignem.

Quas invenit & adprobavit artes,

Communes facit has Apollo tecum,

O FRIDRICE, meâ premende chartâ.

Stravis Musicus es: Poeta dulcis:

Calles historias: potes mederi

Adfluctu animabus, atq; membru.

Hec Phœbus bene dona collocavit,

usq; qui meliora reddidisti.

AD

MICHAELIS HASLOBII,

Viri & Poetæ CL. Tumus

lus.

Prestans exivit de mundi pondere vates

HASLOBIIUS: nobis scripta reliquit humi.

Scripta, tuis scriptis STOLSH. AGI, æqualia doctus;

HESSE, tuos faciles vincere digna modos.

AD ROSABELLAM, Δ Π Ι Ν Υ.

Qui procul à te sum, quæ me vis cominis esse,

Cur derectabas me, ROSABELLA, sequi?

Quare vicinam me poscas, nescio sanè.

Hoc scio, vicinos plus satis esse tibi.

AD IOANNEM BREITHORIUM,

in Regio Glogoviensium officio ab E-

pistolis & Secretis, virum bo-

num, Nec Poetam

malum.

Quam monstras, Schedij manus est ipsissima pul-

cre

Pingit, depingit gnaviter Æmyliam.

AD M. MELIOREM LAUBA-

num, P. L. Sprottavianæ Scholæ

Rectorem.

ILLE, Poetarum Phœnix Laubane, Melissus,

Qui tibi, quiq; mihi laurea ferta dedit;

Ad sedes animam fertur misisse decorum,

Et facie summi pascere corda Jovis.

A 5

Æthe

Etheria dicit vesji Breithorius amra:

Et tu dicis adhuc vivere. verba placent.

Noster promotor si desinet esse superstes:

Anser erit. verum vix olor ullus erit.

AD IOACHIMUM HOSMANNUM

P. L. & iuris Notarium Publ.

Quidam laudatus nostrus, HOSMANNE, libellus
Disimulat: tanquam debeas iste nihil.
Imposuit, falsa crebro pro laude mones am
Egredere hinc verè nihil (puro) laudu habet.

AD CHRISTOPHORUM

Arnoldum, Dresdensem, Iurium
Candid. & P. C.

SCULTETI SOPHIEN laudas, Arnoldo, venusta
Carmine, sed sordet nostra puella sibi.

Non ideo minus est mihi carior. Ipse puellam
Commendabo mihi, quâ decet arte, meam,

Qui bona vicini dilaudat, & usque recenset,
Quam vel vicinus, malit habere, suus.

AD GEORGIUM MARTINUM,

Bernardi Fratris, Patricium Saganensem, Poeta
tam argutum, amicum candidum.

SI. MARTINE, Poetifex MELISSUS

Exultum legeret tuum poema;

Quod certat numeris Tibullianis,

Quod par est salubus Catullianis;

ultrò

ultrò mitteret ille ferta lauri,

Quâ dignissimus es re: ens Poeta,

Quâ dignissimus es meus sodalis,

Mel prædulce sodalium meorum.

Quò postcas minus, & magis moreris,

Neu te differat indeles modesta.

Hæres qui suus est, suum capefficit,

Quin myrteta subu petra, Laurum &

Detrectabitur haud tuus capillus.

Doctus convenit hæc comu corona.

AD M. BARPTOLOMÆUM BYLOVIUM,

P. C. & Zachariam Fridericum, Mar-
chicos, amicos suos.

MArchia Cesarium dicit se tota Poetam,

BYLOVI: dicit te, FRIDERICE, brevia

MARCHIA, quæ gravibus semper celebrata
Toeris,

Ingenijs certat, Francia clara, tui.

utraq; de dubiâ depugnat Natio palmâ.

Ambigit, auxilio cui deus ire velis.

AD PAULUM CRAGIUM, MARCHI-

cium, De amoribus eius.

CRAGI, quod scribis casus Epigrammata verbis,

Inq; tuu non est vlla libido iocis:

Laudo, nec admiror. Castos docet esse Poetas:

Nost aq; luxuriæ pagina iurè vacat.

Sicut Coscon: sic & tua carmina possunt

A pueris, CRAGI, virginibusq; legi.

Hic

Heic nequam iuvenes absint spurcæ, puellæ:
Heic habitat sanctâ cum probitate pudor.

Ad Zachariam Fridericum, Marchicum, Poësius Candidatum.

Fili docte parentis eruditi;
Cuius Marchia nomen atq; famam
Immortalibus erigit columnis,
Non illis Babylonis columnis,
Nec istis Sicyonijs figuris,
Verum perperui loco theatri;
Tuum laude genus sinu vacare
Nequaquam studio sed vq; summo
Exornas proprij nitore puncti.
Felix emulus es Byloviana
Musæ, Marchia quam probat frequente
Applausu quadruplex, tenore iuris.
Musæ Thespiadis duas corollas
Nectunt. Prima patri, tibi secunda
Cedit. Nam bonus est uterq; vates.
Ambos Phœbus amet, coronet ambos.

Ad Adamum Billichium, Philosophiæ studiosum, sodalem melleum.

Qualem, Billichi primo te fœderis usû
Præbebas: talem querere sensus erat.
Frons hilaris lætæ mihi prodidit omina mentis.
Non alium, Charisim qui studet, esse decet.

AD

Ad Rosabellam, suum Mellificium.

Quam quæ propior mea fenestra,
Virgo Lactea (scu locum) fustis:
Nec convivere, nec videre saltim,
Nec audire licet, ROSINA, quicquam
De te iam mihi. Res dolore plena.
Migrandum tibi, vel mihi. Sed urbe
Non cedis patriâ: nec ipse cedo.
Ergo quomodo convenimus ambo?
Ftu dimidiam, ROSINA, partem:
Partem dimidiam libenter ibo.

In Hortos Poëricos M. Barptolemaei Bylovij, P. Q. V. CL.

Quis solos Italos habere nasum
Et Gallos putat, si reapse naso,
Nasutus licet vsq; sit, carebit.
Quod Germania lauta sit Poetis
Ad Phœbi stomachum probe recoctis:
Testatum faciunt Byloviani
Horti, quos sibi vendicat suæq;.

Ad Iovam, tempore pestis.

Instit heic illis miseræ (heu) tabida fauces
Pestis: & hæc hominum serpit in ora lues.
Nescio, quò fugiam: mors formidatur vbiq;
Præ me custodit limina verna vigil.

Comb

Commendabo tibi me soli, maxime JOVA.
Sed cet arbitrio SUM moriorq, tuo.
urbibus excludat sane peregrinus & hospes:
Dat placidus somnos arbor opaca mihi.
Nec metuo de nocte malum. sacer angelus atra
Excubias pro me tempore noctis agit.
Si tamen hec tellus lingvenda sit, atq, sub atram
Migrandum fiat, quod tibi, JOVA, placet.
In manibus Domini mea l'unina claudere ma-
lo:

Quam me palma minax aut ini nica necet.
Qui sanctam vitam Romanâ morte peregit
FESTUS, in obsura creditur esse domo.
Sed me vivificat meriti fiducia Christi.
Hinc cæco longè nobilitate rogo.
Spiritus ad superos, ad mundi fama Poetas
Pertinet. hæc optet spe sibi quisq, mori.

In Amores M. Barptolemaei Bylonij,
vñ, P. Cæsarij, Amici.

Toto notus in orbe Martialis
Olim, RUFFE, tibi dedit legendos,
INSTANTI, patheticissimos amores
Musæ, Sybariticæ libellæ
Certantes sale pruriente tinctam
Et non ingenuis iocis papyrum.
Sed BYLOVIUS his FOETA flammis
PRUDENS abstinet à Thalassione.

Ha possunt pueris legi & puellis.
Turpes scribere di vetant amores:
Castos edere non vetant amores.

Ad Matthæum Close, Vratisl. Siles. de
Symbolo Eius, quod ex .IV. lite-
ris initialibus est excussum,
hoc modo:

Mea Christus unica Spes.

HEm, quid desperem? Mea Christus & unica
Spes est.

Cui Christus spes est, ille perire nequit.

ΘΑΝΑΤÓΦΥΞ Obiurgatur.

Frustrâ formidas mortem, quam tollere nescis.

Tu ne designes turpe verere, malum.

Ad Rosabellam, Venerem alteram,
Epigramma.

Basio te. tu me, det quam benè, queris, amica.

Supra quæ fieri nil, ROSABELLA, potest.

Ad Rosabellam.

ET possem facie tuâ carere,
Et collo nives, tuisq, palmis
Gypsis, Rosabella. Sed carere
Nec tuâ facie volo, nec albo
Collo, nec manibus tuis tenellis.
Causa est, quod faciem tuam dæcoram,
Quod collum mihi cani dum manusq,
Dixi purpureas MEAS futuras.

IN

In Symbolum M. B. B. P. C.

Spes mea Christus erit: durum patiētia vincet.

Lias incumbat capiti si longa malorum,
Obruat & quassam dura procella ratem,
Ipse etiam casum mundus minuetur & ether,
In nostrum quasi iam sint ruitura caput:
Spes tamen in Christum vera, & patientia constans,
sunt infinitis pharmaca firma malis.

Ioachimus Hofsmannus P. L. & N. P.
Cæsar. Reip. Saganensium à Se-
cretis & ab Epistolis.

In Idem Eiusdem.

Divitijs confusus eram; fiducia sed me
Heu nimium fallax quam cito lusit opum.
Fusus amicitijs, quibus haut prestantior est res;
Nullibi cernendus fidus amicus erat.
Artis sisus eram; iacet omnis spreta, nec ulli
Artis amatori verus habetur honor.
Sic nusquam mihi tuta fides? Spes credula terris
Nusquam? ergo solus spes mea Christus erit.
Spes mea Christus erit, quidquid post lingua loquetur,
Dum lucem adspiciam, spes mea Christus erit,
Paulus Cragius.

F B I B L I S.



MATTHAEI
ZUBERI, PALATINI,
POETAE LAUREATI,
Epigrammaton

Oeternio Secundus,

GEORGIO MAR-
TINO, BERNARDI, V.
Amplissimi, Filio, Patricio
Saganensi, Siles. amico &
favitori observando,
dedicatus.



FRANCOFORTI CIS VI-
adrum, Typis excudit suis
ANDREAS EICHORN.

ANNO, M. D. XCIIX. Mense Octobri.

Paulo Cragio
2.1

AD MATTHÆUM ZUBERUM, P. L. & Exprofessorem
Græzensem, de Symbolo eius
quod est:

Exspecto. Loquitur ipse Zuberus.

Fisus eram rebus quondam: fiducia rerum
Cessit: amicicijs filius: amicus abst.
Artis amator eram, sed sum desertus ab arte:
Divitis ingenij credere cesso bonis.
Tandem omne interijt, quo sustentabar asyrum:
Prisca fides superâ legir in arce laum.
Spe miserandus alor: solâ spe nitor anhelus:
ut neq; firma satis me, neq; certa f. vet.
Exspecto. Venies fors tempeſtiva moranti.
Exspectat patiens qui meliora, sapit.
Barptol. Bylovius. P. C.

EPIGRAMMA, Ad Lectorem.

Huc adſis, qui ſalsa probas Epigrammata, lectoris
Carmina ZUBERI tincta lepore legas.
Bilbilici vatis felix est amulus: omnem
Spurcitiam illius Musa pudica fugit.
Arguta brevitate movet, recreatq; legentem.
Delectat, nervos si breve carmen habet.

Barptol, Bylovius, P. Cæſ.
LECTIS-



LECTISSIMO ET E-
RUDITISSIMO DOMINO, GE-
ORGIO MARTINO BERNARDI FIL. PAS-
TRICIO Saganenſi, Sileſio, Poetæ elegantis,
juveni ad omnia ſummâ nato, εν
αὐτῶν εὐ πρῶτον.

Qui triſtiſſimû, Georgi Martine, perfuncti ſunt
adſtitionibus & periculo, iucundiſſimo fruuntur
gaudio ei voluptate perſudetur ſuaviſſimâ. Pau-
lò autē felicius anguitur, qui dolore circûacti alleva-
tionis aliquid ſentiunt. Id quod mihi uſu venit. Quî
enim in diutinâ iſtâ meâ peregrinatione, triſtia ſanè
multa, per paucis mixta letu, mihi accidiffent: recrea-
tioni erant dulciſſima, qua mecum circumtulit Epi-
grammata. Alienû me onerare librû nclui, qui meum
vix chartis eram ferendû. Onere iſto moleſto (ſed nec
nimis moleſto) quò levaret: nonnullos cœterniores
Epigrammaton luci publica decrevi committere. Vi-
diſti primum: vide & ſecundum, quem, quia neſtra ſic
conſuadet amicitia, tibi adſcribo & commendo, ut po-
te qui me & mea non minus amas atq; te & tua.
Hîc accedit, quòd ὄλοϋχως Muſas, & illarum pa-
trem Apollineum venerari, exoſculari, imitando ex-
primi, expreſſum referre. Quæ tua ſanè laus peculi-
ariſt. Tuum eſt, διτρετάδ' ἰου hocce quotidiano
ſumere vultu. ἐρρωσο εν Φειβῶ τε ἔμμοσαι.
Francophourti ad Viadrum, Anno, 98. Menſe 8 bri.
T. F. Studioſ. Matthæus Zuberus, P. L.

AD LIBELLUM,

QUEM GEORGIO MARTINO,

Bernardi Fil. Saganenii Patricio,

Poetae exquisito, autor mitis
tit Epigrammaton.

Civis vis fieri, libelle, munus?
MARTINI, teneri & novi Poetae,
Qui, ZUBERE, tuas amat Camenas,
Et urget cupide tuos amores.
F. si sic placet, i, libelle, saltem:
Meo nomine nuncia salutem,
Sed nec Socraticam refer salutem,
Nec quam dura noverca filiastra
Tristi felle propinat inquinatam.
Dic, ut consulat hunc boni laborem.

AD DIVUM RUDOLPHUM.

II. Imperatorem Romanum.

Des tibi Iova sacer, Caesar, quaecumq; mereris:
Et tu, quas mereor, da mihi, Caesar, opes.
Non Libycas arce messes, Hermumq; Tagumq;
Gratia sola mihi sint tuae, Caesar, opes.

DE

DE ADOLPHO A
Schvartzenberg, Barone Illu-
stri, Iaurinensis praesidij triu-
phatore *ὄν δὲ* glori-
oso.

SCHVARTZENBERGIADES Heros, cui no-
men ADOLPHI,
Faurinum VENIT, VIDIT, VICITq;, perenne
Hinc crexit ei Virtus animosa Tropeum.

Ad Magnifi. & Amplif. V.

ERASMUM MULLE-
rum, Patric. Vratislaviens. Pa-
triae Reipub. Senatorem Prima-
rium, Scholarum & Eccle-
siarum praes. summum.

Solis fulgorem si quis miratur Olympo,
Et noctu radios, incluta Luna, tuos:
Idem Mulleri fidus praelustre videbit,
urbis qui cernit mania, BRESLA, tua.
Cynthius interdum latitat sub nubibus atris:
Et sua nonnunquam lumina Luna tegit:

A 3

VETUM

*Verum Mullerus faciem fert semper eandem :
Aut mutata magis splendet honore novo.
Roma mihi veteres vetus haud ostende Quirites.
Cum Decijs Fabios heic quoq; cerno suos.
Quin quod, Roma, tibi prima vis defuit annis,
BRESLA tuos superat religione duces.*

Ad Martinum Rolandum, Medicum & Physicum Ratisponensem.

*Aurum. quod tibi debes, ROLANDE,
Transmissum cape nuncium per istum.
Fugentes tibi gratias repono.
Tu vero mihi lincis duabus,
An acceperis id, memento dicas.
Civis, qui dabit, est in vrbe nostrâ.*

De Rosabella, suo Mellilegio.

*Quæ mihi de verno neclebat honore coronam,
Perpetui veris flos ROSABELLA
fuit.*

*Vidit eam flores decerpere patris Adonis.
Cui tacuit? Venerem credidit esse suam.*

Ad Phœbum, & Melissaum.

Phæbe

*Phœbe, tibi studeo placere :
Nec cupio minus, ô Melissa,
Carmina nostra tibi probari.
Imodò, carminifex adulter :
Vindice vinco deo, & Melissa.*

Ad Iacobum Monavium, Patric, Vratisl Sillesiæ Radium.

*VIR Amplissime, summe vir, Monavi,
Lux mundi, celebrisq; oculo Brestæ,
Mæcenas hominum poëtarum
Excultissime, quod clienta cura
Est Thalamus tibi mea, & phaleucos
Meos non secus ac patrii Melissa
Amas, parce tibi tuq; vitæ.
Hic te versiculo ego necatam,*

EPITAPHIUM
R. & C. V.

Stephani Bylovij, Stendaliæ Ecclesiæ Diaconi fidelis. Poëtæ pñ. & elegantis.

A 4

Inge-

Ingenium, pietas, probitas, sapientia, virtus,
urbis amor, mundi gratia, prece DEI;
Hic hominum STEPHANUS gemitu BYLOVIUS ur
na

Clauditur, at totus non iacet hoc tumulto.
Quam GNATIO partem titulo florente reliquit,
Auctor hac orbi restat. Id anne mori est?

Ad Thobiam Coberum, Medi- cum & Poëtam.

AMicum tibi me, COBERE, dicis.
Non credo, nisi videro, COBERE.

Ad Sigismundum Vuoyfelium, Medicum Vratisl. Præ- stantis.

Ingenio felix, felicior arte, Machaon
Alter Vuoyfel, quæ tibi mitto, cape.
Namq, tuam spectant famam, quæ ferris ad astra,
Immo per astra volas lucidiora poli.
urbis medicum te Bresla suum veneratur, honorat:
Angulus, & quod sis optimus, omnis ait.
Macte probo rumore tuo, lux magna Medentium.
Etiam medicus si meus esse velis.
Quo morbo? queris, loculus mihi inanis, adimple
Argento, ex ipso tempore sanus eris.

A D

AD M. BARPTOLEMÆUM BYLOVIUM, Poëtam Cæsarium.

Vespa tuos lusis, & nostros Blennus amores
Carpis? blasphemum dicit utrumq, myops.
Forsitan iratus tu prodiga curris ad arma:
At Blennus risu vapulat iste meo.
Negligo, quod de me garris mutabile vulgus.
Quum nos miretur Divus Apollo, sat est.
Tu cunctos hominum vitabis habere favores.
Quod non assequitur Iova, caveto sequi.
Lipsius, æterni quem gloria nominis ornat,
BYLOVI, fures hui quot honoris habet?

Ad Ioachimum Stederum, Ecclesiæ Stendaliæ Past. ad D. Petri, Poëtam eruditum.

TE, STEDER E, Bylo describat carmine longo.
uno te versu dico: Vir optimus es.

Ad M. Simonem Grungum, Eccles- iæ Lygicæ Diaconum, Poë- tam disertum.

Exeri iussu mea te, GRANÆS, salutat
Nixa patrocinio Musa clienta tuo.
Quatuor apponit, quod constet gratia, versus.
Candidus eliciet carmina plura favor.

A S

A D

AD IOANNEM DUTHENIUM,
Hamburgens. Saxonem, S. S.,
Theol. Studiosum.

Dutheni, nimium citò recedis
A me, qui volui ferre tecum
Fœdus ingenuum sodalitatù.
Sed totus tamen haud recedis à me.
Mecum parte tui manes heat à.
Si dissentio mentis à seipsâ est:
A te mens mea dissidebit, at non
Mens diversa sibi est, ergò semper,
Lutheni, tuus, atq; eris meus Tu.

AD IOACHIMUM QUIRLIN-
GUM, Schulianum, Patriæ Scholæ
Prorectorem.

Quisquis amicitia nomen venerabile tol-
lit,
Is jubar è mundo tollit, Apollonem.
Nam virtute tuâ tribuit quod Cynthius orbè:
Humano generi mutuus id dat amor.
Acutum de nupto caliginis omnia sole
Plena vides: tenebris omnia plena vides.
Aufer amicitiam: priscum chaos esse futurum
Dicit, ab eventu qui sua facta notat.
Iura sodalitiij sed non communia cunctis
Sunt: quod est, passim perfida tacta fides.
Grande

Grande foramè habet jam consuetudinis usus:
Consultanda diu res iucunda semel
Sunt, Quirlinge, tamen, quibus est considerare tutum:
Inter eos socios te numerabo meos.
En mea, fraude procul, communico pectora tecum.
Sim pars una tui: pars eris una mei.
Scù nunc Sebusij degas, seù cesseris inde:
(Nam quivis ductù cogitur ire DEI:)
Vive diu, Quirlinge, sacras & percole Musas:
Prodeat ut cultù mox PHILOTHEIA novo.

Ad Ioannem Ritterum Regio-
mont, March. LL, & Poëti-
os stud. in Cattorum
Academ.

Quo vi nomen cupio mihi parare
Meru versibus ex meo perenne,
An, RITTE: putas id improbandum &
Non Herostratus ille sum Dianæ
Templi perditor improbus: nec iste
Sum Verres, bona qui manù rapace,
Audax pectore, verrit undequaq;:
Mapparam neq; fur pudoris expers
Dicor Hermogenes: Sed ex poëti

Sola

Sola quod mihi comparabo lumen
Indelebile, quique comprobabit.
Clarabit Rhodophilla te superba,
Et leges Themidos severiores:
Mepasum Rosabella, nota virgo
Nostro carmine, dat perennitati.
Sic clarescere nemo me vetabit:
Sic clarescere nemo te vetabit.

Famam spargere res modis honestis

Est honesta, nec est molesta Divis.

Ad M. Eliam Guetvvein, Vratisl. Ecclesiæ Diac.

Qvale tibi nomen: talem mihi mitte liquorem.
Fac nomen felix omni habere tuum.

Ad M. Paulum Lentzium, Vitzbergensem.

LENTZI, cuius ego vocatus hospes
Ad carnam repuo venire, versus
Pro me mitte meos, sed absq; dente.

De Cerevisia Blellij.

Quam vendis, BLELLI, cerevisia replet & explet.
Cedit cum medico, pharmacepola, tibi.

Ad Balthasarem Exnerum,
Hischberg, Sil.

Quod patris Bactæ subitum venenam,
Et iocos turpes Veneris proterva
Sedule vitas, mea curata Sappho
Carmine laudas.

Voce festiva celebras puellam,
Arubæ dictam radio corona:
Candido sic te recreas amore,

Ludis honeste.

Virginis bellæ facies amæna
Sæpe divinæ specimen Thaleiæ
Excitat: Sic me Rosabella fecit
Aurea vatem.

Ad Matthæum Close, Vratisl. de Symbolo eius ex literis hinc M. C. V. initialibus tornato, quod est:

Munere Christi Vivo.

Non à me pendet mea vitæ ex munere Christi
Vivo, me Christi vivere vitæ facit.
Christus in æternum vivit. dùm vivis is, ipsa
Vivam. Tunc demùm vixero, si moriar.
Nam quæ mors obcunda mihi est, est ianua cæli.
Ad viva vitæ mortuus ibo domum.
Prima luenda mihi mors est: mors altera ve-
rò

In me nequaquam possidet imperium.

Ad Ambrosium Gertnerum, Vratisl.
de Symbolo eius, ex literis hi-
sce A. G. V. excogitato.

Amicitium gignit Virtus.

Sunt, qui divitijs claros venantur amicos,
Pingvia vel largi rura fodalitij.
Sunt, quos turpis amor coniungit, & unit Ia-
cchus:

Sunt, quibus est odio nomen Amicitia.

Te moveat, Gertnere, nihil: mihi dulcis amicus

Quod sis, causa tuum symbolon una movet.

Gignit amicitiam virtus. Quæ cum tibi care;

Jure boni tanti nosser amicus erit.

Ad Casparum Micknerum, Strigen-
sem, de Symbolo eius ex hisce cha-
racteribus C. M. S. adinvento,
- Cupio mediocritia saltim.

Magna

Magna petant alij: cupio mediocritia saltim.
Hæc ubi possideo, sat mihi possideo.

Ad Ionam Danielem Coschvuitzium
Strigentem, de symbolo eius ex
istis Elemētis, I. D. C. S. eruro.

In Deum Colloco salutem.

Non nitor merito meo, sed unum
In Deum modò colloco salutem.

Fides applicat hanc sibi salutem.

Quid vires propriæ queant mereri?

Absurdè Charitonij magistri

Affingunt operi suo valorem.

Perfectum meritum Iehova solvit.

Hinc plenus fidei tenore sancto

In Deum modò colloco salutem.

Ad Ieremiam Tschonderum, Vratisl.
de Symbolo eius, ex his figu-
ris I. T. V. excusso.

Invidiam Trahit Virtus.

Quod trahit invidiam, secum trahit illud
mit honorem.

Quod virtute caret, non habet invidiã.

Quam-

Quamvis virtutem livor, Tschondere, sequatur:

Quæ debetur ei, laus tamen illa viret.
Tela fer Invidiæ, Templum scansurus
Honoris.

Post onus insequitur grande perenne decus.

F I N I S.



APOSPASMATORUM.

MATTHÆI ZUBERI

Bavari, Poëtæ

Laureati, Oſternio.

AGRAGRIUS.


Αάλει, α̅ δει̅, κα̅ι̅ ο̅τι̅ δει̅, ε̅ ι̅σ̅τ̅ε̅ρ̅ ω̅μ̅
δει̅, η̅ ο̅σα̅ ἀκ̅ε̅σ̅φ̅ε̅, α̅ μη̅ δει̅.

AUGUSTINUS.

Qui volens detrahit famæ meæ, nolens
addit mercedi meæ.

DEMOSTHENES.

Ὁ̅. ε̅κα̅ς̅ π̅ο̅ι̅ο̅ι̅ς̅ ἤ̅δε̅ται̅.



Olfnæ Sil.

Typis Johani Böslemesseri.

ANNO

M. DC. IX.

13.